nem ultra primos et 2dos terminos officii praesentis castrensis Premisliensis de-
lationem sibi non reservans nullasque motiones appellationes easque pro-
sequutiones faciens Praemissaque omnia penitus simplicibus vel multipli-
catis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praesentione terrestri
bello conventionesque et aliis quibusvis iuris remediis et defensionibus
subterfugiens hac sua praesenti inscriptione et praemissa omnia mediante

Osolinski Matri suae Aduitalitatē Inscribit

Ex parte comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosus Nicolaus a Tenczyn Osolinski sanus mente et corpo-
629 re exemptus a terrestris districtibus iuribus iurisdictionibus sub quibus praemissus
competens recedens praesenti autem Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Pre-
misliensi quoad actum hunc attinet se cum successoribus bonisque suis ge-
neraliter omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiciens palam
libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse bonorum suorum
haereditariorum utputa villae Tr...owice in terra et districtu praesenti
Premisliensi consistentium Generosam Catherinam de Tirca consortem
relictam olim Generosi Procopii Osolinski matrem vero suam observandissi-
mam sibi recognoscens coram actis terrestribus Premisliensibus in terminis terrestribus
... donatam et resignatam cum omni praemissorum iure dominio pro-
prietate et propinquitate omnibusque et singulis bonorum praefatorum utilitati-
bus fructibus proventibus redditibus emolumentis et obventionibus subditis et cme-
tonibus eorumque laboribus censibus et dationibus agris pratis campis pascuis
hortis sylvis nemoribus rubetis mericis stagnis piscinis rivis et rivulis
tabernis et molendinis attinentiis et pertinentiis generaliter universis nullis
exceptis et exclusis ac per se suisque successoribus aut quopiam alio re-

servando

servando seu excipiendo sed omnibus in genere et singulis in specie com-
prehensis generi per speciem et e converso in nullo derogando verum
ita late longe et circumferentialiter prout praefata ... bonorum haereditas se in
suis metis et limitibus extendit et protendit et prout eadem bona
ipsemet regnans tenuit habuit et possidebat illisque utifruebatur ac se
concernebant et illi serviebant. Iam exnunc eidem Generosae Catherinae
Osolinska matri suae observandissimae advitalitatem et usumfru-
ctum ad vitae ipsius Generosae Osolinska extrema tempora inscripsit
et concessit prout praesentibus inscribit et concedit. Post praedicta vero Ge-
nerosae Catherinae Osolinska matris suae observantissimae mortem
(quam Deus omnipotens quam diutissime differat et prolonget)
bona praedicta villa Tr...owice ad se recognoscens vel suos successores
sine contradictione quavis aliorum cum eadem Generosa Osolinska
matris suae observandissimae successione devolventur devolvique
debebunt. Etiam exnunc et de facto memoratus regnans Generosus
Nicolaus a Tenczyn Osolinski praefatae Generosae Catherinae Osolin-
ska matri suae observandissimae in eadem bona iure advitalicio
subiecta coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem
et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles
duos die quacunque voluerit officiose acceptandos per eandem Generosam
Catherinam Osolinska matrem suam observantissimam bona eadem
in usumfructum advitalicium praesentibus concessa tenendum habendum possidendum
illisque pacifice et quiete utifruendum ac ad usum sui beneplaciti quomodolibet
libere convertendum debebitque et tenebitur praefatus regnans Generosus Nicolaus

Osolinski pro se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniarum habitis et habendis inscribit et obligat praesens cum Magnificam Dominam Osolinska matrem suam observandissimam in eisdem bonis advitalitii praefati subiectis et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione iuridica quandocunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentis coram omni Iudicio et officio Regni ex re persona et occasione sui recognoscentis exoriunda toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemque reddere Nec non bona praefata iuri advitalicio subiecta ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus per se recognoscentem factis et faciendis tum etiam a quibusvis citationibus in praemissa bona ex re causatione sua importatis et importandis luenis denique et luenis processibusque iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu iuris dependentis in praemissis omnibus ex occasione sua producto et producendis et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum dum per Ministerialem et Nobiles officii se requirentes non denegare imo libere dare et admittere datamque et admissam eandem possessionem ac usumfructum praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsique Generosam Catherinam Osolinska matrem suam observandissimam in praemissis omnibus tam in toto quam in quavis minima parte non iniuriari ita ut eadem bona eadem

Osolinska

Osolinska quiete et pacifice ad extrema vitae suae duntaxat tempora tenere et possidere queat. Sub damnis Terrestribus simpliciter absque iuramento corporali taxandis per eundem regentem vel eius successores praefatae Dominae Osolinska ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbentis. Caeterum memoratus regens Generosus Nicolaus a Tenczyn Osolinski eidem Magnificae Catherina de Birca Osolinska matri suae observandissimae dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem vel etiam Domino Gabrieli Bireski avunculo suo inscriptionem praesentem ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata per quemlibet eorum vel per Generosam Osolinska matrem suam observandissimam vel Generosum Gabrielem Bireczki de Birca avunculum eius tanti valebit ac si per ipsum regentem transportata foret. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absque iuramento corporali taxandis modo praemisso ad solvendum succubitis ac reliqua pridem non completa complendisque praemissis citatio existentis memoratus regens Dominus Nicolaus Osolinski aut eius successores. Ad instantiam praedictae Generosae Catherina Osolinska matris suae observandissimae ad officium

praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis Ex hac recessu su-
prascripto quoad respondendum spectat mediante semper in pri-
mo Citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri pa-
rere respondere damna praefata seu summa simpliciter absque
corporali iuramento taxanda luere inscriptioni huic satisface-
re ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos suc-
cessores ad eadem omnia obligat eundem terminum terminum pe-
remptorium et alios omnes consequentes eiusdem causae termi-
nos semper peremptorios vera infirmitate y maioris minoren-
nitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio
militari ad munimenta ad quietationem aliisque quibusvis
dillationibus et legalibus impedimentis non differendo
ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Ca-
strensis Premisliensis dillationem sibi non recipiens nullasque
motiones appellationes earumque prosequutiones faciendo pre-
missaque omnia poenis simplicibus vel inscriptionis evasionibus
suspensionibus fatalibus viribus praescriptione seu termini bello con-
ventioneque et aliis quibusvis iuris remediis et defensis
non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

Huminiczki et Sochacum Coniu-
ge Intercisam Roborant.

Comparentes

Comparentes personaliter Coram officio Actisque praesentibus Ca-
strensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Simon Humnicski
de Humniska Tribunus Terrae Sanocensis ab una et Nicolaus
Socha atque Anna de Grochowce Coniuges legitimi parte ab
altera Sani mentibus et Corporibus existentes a Terminis distri-
ctibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
Competentibus recedendo huic autem iurisdictioni officii praesentis
Castrensis Capitanealibus Premisliensibus quoad Actum
praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis gene-
raliter omnibus totaliter et plenarie incorporantes atque subiicientes
palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quili-
bet eorum suo pro interesse recognouit. Quia se ac suos suc-
cessores in et super bonis suis generaliter omnibus ac sum-
mis pecuniarum habitis et habendis mutuo et invicem una pars
alteri ac posteris inscribunt et obligant praesentibus in-
tercisam certam inter se recognoscentes ratione quarum-
cunque rerum et condonum in eaque intercisa contentarum de Actu
et data hic Premisliae die hesterna confectam manibus eius-
dem Generosi Simonis Humnicki Tribuni Sanocensis pro interesse
suo pro interesse vero eorundem Generosorum Sochow coniugum ma-
nu eiusdem Generosi Nicolai Socha mariti sui et praefatae con-
sortis nomine subscriptam et sigillatam in omnibus et singulis